

quod tibi hic insultari. De Prandio, quomodo humanissime  
exceptisti, quae te, securus esto. Ad te ibam et libros tuos.  
De salino invadendo, non magis quam tu ipse cogitarem  
nisi quod in animum, ad tentaculum te domo tua  
evocare, quod cum per illos tuos non confirmatos pedes,  
intempestivum vidi, malui molestus esse et inurbanus,  
quam tot momentis te carere. Vale decus nostrum  
et me amas. Haga. Dec: CIOICLXXIIX.

Tantopere capiar illo, Fortunae constantis amor, Rex  
ut si mei arbitrii sit, ab hoc ipso disticho ordiar  
omissis duobus primis, quibus subita parenthesi  
in ipso limine, nescio quid detrimenti accidit.  
Quidni etiam ab illo ordiar? Francigenum caeleste  
Jubar. Ad Monasteriensem nostrum  
quoties cumque profecturus es, sequar albis ignibus  
absens, neque nisi Heinsius esses, tantam  
felicitatem tibi possem non invidere.

N. Heinsio.

Summo viro.

N. Heinsio. C.H.Z.

(528).

Quando tam tui iniquus arbiter esse pergis, ut videri velis  
opus habere meo consultore circa ipsam rem Posticam,  
cujus diu principatum tenas, etiam jure hereditario.  
ecce de Epigrammate in Rutenum decedendo quid sen-  
tiam. Aperte loquar, et qua libertate uti poteris.  
Totis quinque postremis distichis posses carere non  
incommodo, ut pote anterioribus non usque paribus  
nisi esset illud a fine tertium, Naupagus tunc, quod  
ego insertum velim ante quartum hoc, Inatibulos  
ut isto, maxima quod totum poematum absolueres.  
Zeelhemius non paulo memorosior, haesitat in quinto,  
et satis se capere negat, qui dicatur Sol et Oceanus  
non capere manum pulveris galbis gaudentis. Si hoc  
tibi quoque μεταφορικῶς videri possit, tolle quae  
sine detrimento ceterarum. Sic nugati sumus. Tu  
de dictis nihil dictum putas, si qua deliramus, et  
multum vale. Haga. XI. Martii CIOICLXXIX.

Libros duos de vita propria diu est  
quod ad umbilicum duxi. quantum  
limandis et poliendis otii et operae  
impendendum habeam, ut te lectorem  
ferant, vix video.

N. Heinsio.